

REGNUM MORTUORUM:

Nro. 52.

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum. Die Martis. 31. Julii. 1810. (Neov. 21. Junii. 1810.)

Revolutio — — — mea culpa!
 Bellum maritimum — mea culpa!
 Bellum aeternum — mea maxima culpa! .

*Confessio Politica.**Pitt* — *S. Patricius*.

Pittius. Confiteor & fateor — peccata mea politica, errores & culpas meas. — Ego eram, qui vires Magnae Britanniae meis tenui manibus, ego faventem huius directionem indere poteram, ego patriae huius ultionem adversus Galliam ob Americae iacturam animo abditam fovi, eamque exerui.

Patr. Christianum Ministrum non oportet vindictae vacare; omnis vindicta nova malitiae species est.

Pitt. Doctrina haec tua; dive Patricii! severa est, singulares ea solum homines, non Status attingere potest. At unquam huius vindictae aliam directionem indifferam! mihi in Gallia revolutionem excitandi consilium erat; factum est — verum revolutionem intra fines Galliae continere; non usque avertare debuisse, ut militarem vim & aeternum praesidio

foras, & occupationes facere potuerit, mea Culpa!

Patr. Oblitus es doctrinae salutaris: Quod tibi non vis, alii ne feceris ipse.

Pitt. Aurelianensis Dux, cujus opera utebar, perditus homo prout fuit, ita omnia perdidit, idoneum ducem ei associare debuiffem, ut vis Galliae intrinseca, per vim aliam intrinsecam atteratur, temporeque foris agendi destituatur, indulgere, ut Aurelianensis solio potlatur. —

Patr. Hem peccatum grande!

Pitt. Nequaquam — imo vero virtus — ita saepe fit: ut quod in privata vita peccatum audit, in politico orbe virtus sit. —

Patr. Malum principium: facienda esse bona, ut eveniant mala. — Non sunt bonae actiones ponenda in gratiam malarum —

Pitt. Universam Contingentem adversus Galliam armavi — secundi eventus adeo securus, ut paradigma Politicae edidisse existimarim, nihil huic paradigmati respondit! —

Patr. Dei poena! fovea, quam alii fodiebas, tuit, in quam cum patria incideras, hodie omnes Status contra Angliam in prociectu sunt. —

Pitt. Auctor eram belli maritimi, Galliae duntaxat vires maritimas ad incitas redacturus, reliqui maritimi Status profectio Anglicaenae Admiralitati obsecuti fuissent; verum ad juncta ita conversa sunt, ut Classes caeterorum quoque maritimorum Statuum ad incitas redigi debuerint: ut M. Britannia ex sua

Insula cunctis inclamare potuerit; omnia maria imperio meo parent, nullum tormentum in iis absque meo indultu explodatur." Nunc terrarum aquas possidemus quidem, sed nullam in Europa provinciam! —

Patr. Secundum hæc principia Anglia barbarum morem invehit, occasione cujusvis belli maritimi quasvis mari naves adprehendendi, utprimum in secreto Conclavi declarationi belli subscripsit — quia miseri navigantes, declarationis hujus ignari, quidpiam sinistri suspicentur, & fide tractatum nixi, pacifice vela ventis dant; exspilatio, cædes, locum prius habet, quam miseri causam rescire possint!

Pitt. Jus diffidationis — fortioris! —

Patr. Quod Jus nunc enunciabas? Juris hujus compensatio de præenti multos Britannos, qui animi causa Galliam petiere, victos detinet.

Pitt. Jam profero grande politicum peccatum, quod non ego modo, sed totum Secretum Conclave, omnes politici Consilarii, auctores & Statistici artifices Sæc. M. Britannicæ Majestatis mecum juxta unanimi opera, & cum quadam voluptatis specie tam sæpe numero perpetrarunt, genuinam hoc politicum mortale peccatum sunt —

Coalitiones. Nos miopes! quævis Coalitio Gallix vires & fortunam magis explicuit, quævis eam fortiozem potentiozem reddidit; quævis potentem in oras Europeæ maritimas Coalitionem p o Gallia valide extendit, nostram

foras, & occupationes facere potuerit, mea Culpa!

Patr. Oblitus es doctrinæ salutaris: Quod tibi non vis, alii ne feceris ipse.

Pitt. Aurelianensis Dux, cujus opera utebar, perditus homo prout fuit, ita omnia perdidit, idoneum ducem ei associare debuisssem, ut vis Gallix intrinseca, per vim aliam intrinsecam atteratur, temporeque foris agendi destituatur, indulgere, ut Aurelianensis solio potlatur. —

Patr. Hem peccatum grande!

Pitt. Nequaquam — imo vero virtus — ita sæpe fit: ut quod in privata vita peccatum audit, in politico orbe virtus sit. —

Patr. Malum principium: facienda esse bona, ut eveniant mala. — Non sunt bonæ actiones ponendæ in gratiam malorum —

Pitt. Universam Contingentem adversus Galliam armavi — secundi eventus adeo securus, ut paradigma Politicæ edidisse existimarim, nihil huic paradigmati respondit! —

Patr. Dei poena! fovea, quam alii fodiebas, fuit, in quam cum patria incideras, hodie omnes Status contra Angliam in pro-cinctu sunt. —

Pitt. Auctor eram belli maritimi, Gallix duataxat vires maritimas ad incitas redacturus, reliqui maritimi Status profecto Anglicanæ Admiralitati obsecuti fuissent; verum adjuncta ita conversa sunt, ut Classes cæterorum quoque maritimorum Statuum ad incitas redigi debuerint: ut M. Britannia ex sua

Insula cunctis inclamare potuerit: omnia maria imperio meo parent, nullum tormentum in iis absque meo indultu explodatur." Nunc terrarum aquas possidemus quidem, sed nullam in Europa provinciam! —

Patr. Secundum hæc principia Anglia barbarum morem invehit, occasione cujusvis belli maritimi quasvis mari naves adprehendendi, utprimum in secreto Conclavi declarationi belli subscripsit — quia miseri navigantes, declarationis hujus ignari, quidpiam statisti suspicentur, & fide tractatum nixi, pacifice vela ventis dant; exspoliatio, cædes, locum prius habet, quam miseri causam rescire possint!

Pitt. Jus diffidationis — fortioris! —

Patr. Quod Jus nunc enunciabas? Juris hujus compensatio de præesti multis Britannos, qui animi causa Galliam petiere, victos detinet.

Pitt. Jam profero grande politicum peccatum, quod non ego modo, sed totum Secretum Conclave, omnes politici Consilarii, auctores & Statistici artifices Sux M. Britannicæ Majestatis mecum juxta unanimi opera, & cum quadam voluptatis specie tam sæpe numero perpetrarunt, geavinum hoc politicum mortale peccatum sunt —

Coalitiones. Nos miopes! quævis Coalitio Gallix vires & fortunam magis explicuit, quævis eam fortiozem potentiozem reddidit; quævis potentem in oras Europe maritimas actionem pro Gallia valide extendit, nostram

contra imminuit, usque undiquaque Europæa Continente exclusi, actio nostra ex ea penitus relegata, & quævis secretæ & implicite cooperationes nostræ validis armatis protestationibus repulsæ fuerunt; hoc tam sæpe experiebamur, hoc continuo oculis usurpabamus, hujus semper factis & sermone docti testes fuimus! & tamen mentem eo convertimus, animo perpetuo volvimus, eo ingenii nervos intendimus, ut novas Coalitiones produceremus ut Galliam fortiolem efficiamus! quid, amabo, hoc, nisi mentis coecitas est? —

Patr. Fit nonnunquam: ut Deus in flagranti peccata puniat.

Pitt. Si Europæis Statibus in vicem eos adversus Galliam concitandi, consilium dedissemus, nihil hostile in eam suscipiendi, pacificam rationem incundi, cum ea concordiam custodiendi, profecto alia consecutaria promanassent, alia rerum politicarum facies, nec tam tristis & anceps esset; Gallia vires suas quas abditas & ignotas tenebat, non iam singulari intensione explicuisset, ejus exercitus non in infinitum & inexhaustibile increvisset. Vires suas in nos solum vertisset, & natantes nostri exercitus vulgo Classes pares ei resistendo, & frontem opponendo fuisset.

Patr. Ita sæpe fit, ut peccatum rationem, coeleste hoc donum, obscuret, obnubilet, obfuscet.

Pitt. Verum secretum quoddam peccatum animo inest meo, quod continuo mentem discruciat, cor arrodit, mordet conscientiam, nollem illud revelari & propagari.

Patr. Quam diffidens in religionem!

Pitt. Est illud Commerciali Politica nostra nixum. Per commercium, Industriam Manufacturas & Fabricas Anglia culmen commercialium opum adeptæ est. Aliæ id probe animadvertere gentes, & Imperantes earum omnem impendere operam, exportationem æris ad nos impediendi, domesticam suam industriam excitandi. Nostræ Fabricarum machinæ, ope quarum tam multifariis operis parcimus, mercibusque nostris leve pretium conciliamus, mare trajecere, in Continente erigæ notabiliter amplificatæ sunt. Nostra intererat, hunc Industrie ramum in continente in prima sua radice suffocare. Opportunissimum ad hunc finem medium bellum est, quod omnia devastat, gentes ad egestatem detrudit, homines ad desperationem deducit, quamvis solertiam præpedit. Quare bello contaxat conatus Continentis in irritum vertere nobis licuit. Hæc non postrema politica ratio erat, quam in argumento Coalitionum præ oculis habere debuimus. Ast & hæc ratio vix in dimidio successum habuit.

Patr. Audi, dilecte! ut primum Christianum te fatebare, quævis officia, præcepta que doctrinæ tam benigne, qualis Christianæ, adoptasti, *Amā proximum ut amet ipsum*, hoc est præceptum — quapropter bonos Continen-

sis incolas æque amare obligaris, ut te & populares tuos, Insulanos. Nulla politica, nulla ministerialis in orbe dignitas ab hac nobili & benigna obligatione te eximere valet. Coelum quoque ejus violationem mox punivit. Anglia se conservandi gratia ad perpetuum gerendum bellum damnata est. —

Pitt. Vir sancte! doctrina moralis tua severa est! conscientia nihilominus animo solatium præbet meo: a rationibus agendi, quas in medium adferebas, nec plus nec minus deflexisse me, quam aliarum aularum ministri. —

B I O G R A P H I A.

S. Patricius. Episcopus & Apostolus Hybernise in qua 377 luci editus, & 464 ei ereptus est. Hybernos ad sacra Christiana convertit, multas Ecclesias, & monasteria, in quibus celebre Armachæ in Com. Armachano, condidit. — Memoria dignum est. Evangelicam lucem prius Hybernise & Angliæ quam Germaniæ affulsisse, exque his Insulis Germanos Apostolos suos obtinuisse. Reliquit sanctus vir multa sacri argumenti opera, a doctiss. Diacono Canterbury secuta jam reformatione etiam authentica declarata. Epistolæ quoque plenæ sanctimoniam ab hoc Sancto habentur, quem Hyberni magno Cultu prosequuntur. — Celebris est *ordo equestris S. Patricii* Hybernise, quem Georgius III. anno 1782 erexit. Constat præter regem, & Locumtenentem Regis 15 Equitibus.

Patricius - (Augustinus Piccolomini) cele-
bris scriptor See. XV. ex Siena illustri satus
genere. Primum in ea urbe Canonicus, tum
1460 Pii II. Pap. a Secretis, qui ei Acta Syno-
di Basil. in comperdio edenda demandavit,
in quo labore Collectio Card. de Segovia
& Historia Card. Dominici de Firmo usus.
Habetur hoc Compendium in Biblioth. Paris.
in MS. Erat & Ceremoniarum Sacelli Pontifi-
cii & Episcopus Pientinus in Hetruria. Obiit
1496. Tribuuntur ei Libri III. Rit. Eccles.
s. de Ceremoniis Rom. Eccles. a Christopho-
ro Marcello A. Episcopo Cercir. Venetiis
1516 sub ejus nomine editi. *Andreas Patricius*
Præp. Varsov. A. Diac. Vilm. primus erat Ep-
iscopus Veadorum in Livonia. Obiit 1583
Patricius Franc. celeberrimus Philosophiæ Doctorem
Italia obiit 1697 Romæ.

Pitt (Wilhelmus) natus 8. Maji 1759 pa-
tre celebre Chatam Pittio — a quo sollicitè
in spem publicæ rei educatus est. Anno æt.
16. Cambridgiam studiorum causa delatus in-
genio & moribus eminere coepit, pari lau-
de Jurisprudentiæ in Collegio Londini ope-
ram dedit. — Anno 1781 Deputatus urbis
Appleby ad Parlamentum electus oppositio-
nem secutus adeo in hoc munere excelluit,
ut juvenis 23 annorum Cancellarii thesaura-
riatus munere & eo connexæ moderationi
Curiæ Inf. admoventur. — operam contulit
ad pacem Versal. mox remoto a ministerio
Ill. *Shelburne* statione decedens, in Germ. &
Italiam iter suscepit. Redux 1784 Lordius

Thesaur. seu primarius Minister denominatus ex quo excelso loco immortalis sui memoria per 17 annos Europæ arbitria librabat. Ante Gallicam revolutionem præcipuæ ejus occupationes erant: Tractatus Commercialis cum Gallia, Colonia in N. Holland. vindicata, occasione invaliditatis Regis; ministerialis administratio, trini belli apparatus contra Galliam, Hispaniam & Russiam, quæ ei occasionem præbuerunt ingenium, ferream unâ illam animi tenacitatem prodendi, quam post eâ sub bello revolutionali in tam excellenti ratione evoluit. Bellum hoc, quod novis prorsus adjunctis Europam implicuit, in cujus principio propemodum exitus mente comprehendendi non potuit, intellectuque stupuit, Pittium quidem perinde voragine sua corripuit, negarique nequit: ejus animi Characterem subin duritie, & violentiæ, prout politicam ejus divinandi facultatem debilitatis dedisse indicia; gratiam adversariis ejus insectandi materiam; popularis quoque facilitatis suæ, quæ inter omnes nationis Classes fruebatur, sub belli decursu jacturam fecisse. Nihilominus nulla posteritas unquam negatura: Britannos in hoc bello, moderante Pittio, enormiter egisse & perfecisse — quæ exitum belli, prout directionem, quam Gallicana revolutio, frustra renitentibus cunctis conatibus, & vaticiniis Anglicorum Ministrorum, accepit, ex aliis potius causis — quam ulla in dividuali Ministri culpa explicatura est: ==